

^f Plutarch.
de solent.
Animal.

^g Aelian.
H. A. l. 15.
c. 3.

^h Aristot.
H. A. l. 4.
c. 10.

ⁱ Oppian.
Halieut. l. 2.
c. 5.

^k Plin. H. N.
l. 9. c. 15.

laterē in gurgitibus imis, nisi tempore aliquo evocatos, aut pleniluniis, adiiciat. In natando figuram cubicam, si gregatim vagantur, servant, atque sex lateribus comprehensi, soliditatem ex semetipsis constituunt. Ad promontorium ^g Bubonicum, maximi, suum instar, soli vagantur; alii more luporum bini proficiscuntur; nonnulli more caprarum, gregatim pascuntur. Ex oriente canicula, in Euxinum natare contendunt; et marinis fluctibus, et servide radiato sole calescentibus, inter se velut contexti, confertis turmis sese invicem opacant. *Dormire* ^h in imis gurgitibus, sub saxo aut littore abditos, Aristoteles prodidit; et quidem tam profunde, ut ne jacta quidem fuscina, moveantur. Sub Caniculae exortum oestro exagitantur. Haeret ille ubi cutis tenuior, sub pinna, et ita miseros divexat, ut saepe in terram ⁱ salientes saliant, saepe in naves se conjiciant.

De *Sympathia* et *Antipathia* non est quod multa dicam. Dicuntur Cephbos habere comites, qui carunculas pisciculorum, a Thunnis discerptorum, aquis innatantes, depascuntur. Cum gregatim praeter Italiam acti elabuntur, a Sicilia prohibiti, in majores incurunt bellugas. Majo Menfe a Xiphis ex Atlantico Oceano in mare mediterraneum pelluntur. Non aliter ab iis gregatim in fugam agi, quam ovium greges a lupis Mathiolus author est. De capture Thunnorum agere alterius loci est.

Vsum reperere in *Cibis*. Olim membratim caesi ^k cervice et abdomen (^{τὰ σηργίαις} Athenaeus vocat) commendabantur, atque clidio (clidia Thyum festus, Petimen ex Naevio Petimen piscinum, quod est inter duos armos ad pectus, claviculas Medici

vocant) salitis, Omotarichi nomen impositum est, recenti duntaxat, et tum quoque gravi ructu; caetera parte plenis pulpamentis asservabantur. Melandria vocabantur, caesis querens assulis, simillima. Vilissima ex his, quae caudae proximaliter dicebantur, quia pingui carenti hinc ^{απιόνεν} nomen, probatissima, quae faucibus, Pelamides in apolectos, particulatimque consecuti, in genera Cybiorum (sic dicuntur seu falsamenti frusta quaecunque in formam ^{κυβοειδῆ} diffracta; vel quae ex dorsi partibus cervici clidioque proximis) dispertebantur. Alexis caput, commendabat, caudam Antiphanes. Falconius Hetruscus eruditioris gulæ ganeo, novum et sapidissimum obsonii genus ex iis commentus est. Athenaeus ^{εἰ μυτλάτω} (intritum hoc, ex aliis et aliis condimentis) aliis piscibus praetulit. Alii falsamenta, quae ^{θυρναῖς} seu ^{θύννα} potius, quam recentis piscis quamlibet partem praeferunt. Sunt quippe Xenocrati apud Oribasium stomacho inepti, mali succi, flatulent, ad excernendum difficiles. Galeno, dura carne praediti, et insuaves. Archestratus tamen nobilem Thunnum circa Byzantium, Caryustum et Siciliam; praestantiorem circa Cephalem et Tyn-daridem oram; praestantissimum circa Hippionium Italiae, nasci, circa Samum ingentem, et deorum conviviis dignum capi, prodidit.

Praebent et in *Medicina usum*.

Sanguis ^m fel, et jecur, sive recentia ⁿ Plin. H. N. sive fervata, vim psilothri obtinent. l. 32. c. 10. Non pubesciturum, qui in pueritia iis illitus est, ^m Aelianus affirmat. Omo- ⁿ Aelian. tarichus ^o largius sumptus, Presteris H. A. l. 13. c. 27. serpentis venenum retundit. Cybiorum cinis, cum melle ad Condylo-mata confert.

ARTICVLVS II.

De Pompilo et Amia.

TAB. III. 5.

^a Aelian.
H. A. l. 15.
c. 23.
^b Athen.
Dipn. l. 6.
^{*} Apollon.
Rhodius in
Argon.

POMPILVS seu παρὰ τῆς πομπῆς a transvehendo, (fabulantur enim Pompilum hominem πορθμέα ^b portatorem, vel ut ^b Athenaeo placet Σαλαπτος γρόν, ab Apolline * quod Ocyrhoēn puellam trajecisset, in sui nominis pisces transmutatum) seu quod navigantes in alto mari ad conti-

nentem usque comitetur; aliis facer pisces, aliis πέμφυλος dicitur, et a ^c Plinio inter Thunnos reputatur. Athenaeus ^d Pelamydi similem et varium esse inquit. Rondeletius ^e pro eodem, pisces squammis carens, in dorso varium et maculosum, in quo a branchiis ad caudam linea magna